

suam nobis per omnia obedientiam, consensum et fidele promisit adiutorium. Hoc idem etiam postea a confratribus et legatis nostris, Humberto Prenestino episcopo et Geraldo Ostiensi episcopo, quos ad illum misimus, ad penitentiam susceptus, in illorum manus per sacratas stolas, quas in collo tenebant, repromittendo confirmavit. Deinde post aliquot¹ tempus commisso cum Saxonibus prelio rex pro victoria, quam adeptus est, tales Deo grates et victimas obtulit, ut vota, quæ de emendatione sua fecerat, continuo frangeret et nihil eorum quæ promiserat attendens, excommunicatos in suam familiaritatem et communionem reciperet et ecclesias in eam quam consueverat confusionem traheret. Qua de re gravi dolore percussi, quamquam post contempta cælestis regis beneficia pene omnis spes correctionis eius nobis ablata sit, adhuc tamen animum eius temptandum fore decrevimus, magis cupientes eum apostolicam mansuetudinem audire quam ex[periri]

- f. 3. aliud² de eo iudicare aut de[cernere]³ posse, nisi ut separatus⁴ ab ecclesia in [excommu-]nicatorum consortio foret, cum⁵ quibus [(ipse) potius] quam cum Christo partem habe[re elegit]
- f. 3'. [iniquit]atem⁶ eius ad summum prodisse vidimus, [pro his cau]sis videlicet, primum quod ab eorum [commun]ione, qui pro sacrilegio et reatu sy[monia]cæ heresis excommunicati sunt
- f. 4. sententiam⁷ totus discedens, Egip̃tię domineꝝ pallium dereliqui, secutus vestigia meliorum, qui⁸ eadem via me precesserunt. Qui licet pauciores⁹ essent illis quos a via veritatis sive timor¹⁰

1) So die Hs. für 'aliquod', wie auch Hugo. 2) Auch die folgenden 8 Zeilen des Pergamentstreifens f. 3. 3'. gehören noch zu dem Brief Gregors VII. 3) Das Eingeklammerte am Ende der Zeile abgeschnitten. 4) 'sepa' ist fast ganz abgerieben. 5) c von 'cū' ist durch Loch im Pergament zerstört. 6) 'ate', der Abkürzungsstrich über e abgeschnitten. Das Eingeklammerte am Anfang der Zeile abgeschnitten. 7) Hier beginnt der unbekannte Bericht. 8) Am Ende der Zeile hinter 'qui' ist zwar das Pergament durchlöchert, es scheint aber doch nichts mehr dahinter gestanden zu haben, möglich wäre aber doch, dass da 'i (in)' stand. 9) 'ci' durch Loch zerstört. 10) Merkwürdig gut stim-